

vimus. Exemplum praefens, prorsus ut illud, comparatum, sed paullo correctius exaratum est; ita in loco *Gisilberti* ibi adducto ad sensum longe melius legitur: *quae alio orationis membro excipitur*, quam: *quia alio* &c. Subscriptio hic ita sonat: *Sufficiant haec ad expositionem lamentationum hieremie. que de patrum fontibus hausi ego Gisilbertus antisiodorensis ecclesie diaconus. Et rubro: Expliciunt tbrenę lamentationum Hyeremie Vatis. Ceterum adi Cod. mox cit.*

CVI. VII B. 8

- 85 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 220. f. per duas columnas probe exaratus, auroque et coloribus ornatus exhibet *Zachariae Chrysofolitani*, quod alii a patria *Vesuntione* quibusdam *Chrysofoli* dicta, alii a cognomine Anglico *Goldsborough* deducunt, non Episcopi, sed *Canonici Praemonstrat.* Abbatiae S. Martini Laudunensis, Scriptoris Sec. XII. *Expositionem ex PP. dictis contextam in Harmoniam Evangelicam*, non eam, quam *Tatianus* Syrus concinnavit Sec. II. quaeque habetur in *Bibl. PP. Lugd.* T. II. P. 2. p. 203. sub ejus saltem nomine; sed in eam, quam *Victor* Capuanus Sec. VI. e graeco traduxit incertus, *Tatiano*, an *Ammonio* Alexandrino Sec. III. Scriptori tribueret, quaeque in praedictae *Bibl.* T. III. p. 265. legitur, *Ammonioque* adjudicatur. Initium facit *Elenchus*

Locorum IV. Evangelistarum, quae per Operis decursum exponuntur. Sequitur Excerptum *Ex omelia gregorij de IX. ordinibus Angelorum. Scripture testantur esse angelos* &c. Sumtum ex L. II. *Homil. XXXIV. in Evang.* Praefatio *Hier.* in *Matthaeum: Plures fuisse qui euangelia scripserunt* &c. sed non integra. Praefatio in Opus *Zachariae* longior tractans primo de generatione Filii Dei, dein de XII. Apostolis, demum de variis religionis officiis. Initium: *Augustinus libro XV. de trinitate. filius natus est de uirgine* &c. Finis: *De fide quoque habetur in libro isto. in fine secundi Libri.* Praefationem hanc, quae nec in *edit. Zachariae Colon. 1535.* f. nec in *Bibl. PP.* supracit. T. XIX. p. 732. reperitur, excipit *Hier.* Epistola ad *Damas. Nouum opus facere me cogis* &c. tum *vita IV. Evangelistarum* multum ab iis diversa, quae in editis legitur. In *vita Lucae* notari meretur illud: *uxorem nunquam habuit, filios nunquam procreauit*; unde fortasse in posterioribus *Platinae de Vitis Pontiff.* editionibus illa profecta est emendatio: *Uxorem non habens in Bithynia.* A fol. 19. incipit *Syllabus triplex Evangeliorum* scil. *Ferialium*, de Sanctis, et *Dominicalium* per annum in ecclesia legi solitorum, quem consequuntur et quidem eleganter picturati X. illi *Concordiae Evangelistarum Canones*, quos occasione capta ex *Ammonii* Harmonia condidit *Eusebius Caes.* ut ex ejus ad *Carpianum* epistola liquet,

quet, quam vide inter *Orthodoxographa* p. 236. *Fol.* tandem 27. *Incipit unum ex quatuor. seu concordia Euangeliorum et desuper expositio continua. exacta et diligenter edita a Zacharia crisopolita.* Inscriptionem hanc miniatam excipit Praefatio, quae inchoat: *De Excellentia Euangelii et differentia ipsius ad legem &c.* neque in plures divisa est, ut in editis, sed sine interruptione decurrit usque ad ultima haec verba: *uel eadem uel uicina dixerunt.* Notandum tamen, particulam illam, quae *Conspectum IV. Librorum* praecedit, et in *Bibl. PP. suprac.* inscripta est: *Admonitio Lectoris,* a *Cod.* nostro abesse. Duo praeterea ex hac *Praef.* conficiuntur: *Zachariam* ignorasse, an aevo suo *Tatiani Harmonia* superesset; ait enim: *Sane huius heresiarche si superesset opus euangelicum &c.* et non habuisse compertum, se in *Ammonii Harmoniam* commentari; nam paullo post scribit: *At uero huius Operis quis auctor imo ordinator extiterit nihil interest ignorare.* Liber I. incipit a *Praef. Lucae: Quoniam quidem multi &c.* Expositio vero ipsa a C. I. *Job. In principio erat verbum.* Finis L. I. *ultra speratum commendat.* Initium L. II. *Et factum est cum consummasset &c.* Finis: *pharyseorum panes.* Initium L. III. *Venit autem Iesus in partes &c.* Finis: *sub terra esse nemo ambigat.* Initium L. IV. *Et factum est cum consummasset &c.* Finis: *Hoc non post paruum temporis ascensionis.* Subjicitur rubrica: *Explicit*

unum ex quatuor seu concordia euangeliorum. Usus est ad *Μονοτεσσαρον* istud illustrandum, ut ipse in *Praef.* ait, *Zacharias* Operibus *Hieronimi, Hilarii, Rabani, Bedae, Ambrosii, Augustini, Albini, Origenis, Gregorii et Job. Chrysostomi.* Sequuntur in *Codice fol. 212. Interpretationes* Nominum *Hebr. et Graec.* ut ad calcem *Bibliorum* passim habentur, hisque adhaerent *Tropologiae de Deo* ad modum *Formula- rum spiritualium Eucherii Lugd.* *Locus Remigii in Matth. c. 351.* de mortis Christi anno et celebratione Paschatis, *Anonymi Dominice orationis expositio,* quae incipit: *Pater noster qui es in celis. In hoc loco docet christus discipulos &c.* finit: *et hoc ordine complentur iste VII. petitiones.* et sub rubrica sequente: *Abbreuiati Symboli expositio. ex auctoritatibus sanctorum patrum collecta. et recitata Bononie in ecclesia beati Petri a magistro Theobaldo Brittone Turonensi Canonico.* Initium huius Expositionis: *O sapientia genita da mihi sapientiam &c.* Finis vero: *de infidelibus fideles faciat sancta trinitas unus deus pater. et filius. et spiritus sanctus. Amen.* In variis *Mss. Catalogis* frustra quaesita lucem nunquam aspexisse videtur. *Ultimum Cod. nostri folium cippum* exhibet quatuor leonibus innixum inscriptumque: *P. P. P. E. S. S. S. E. tum V. V. V. V. V. V. demum: F. F. F. F. R. R. R. R.* Grates *Oedipo,* qui et interpretationem statim adiecit! *Legendum itaque primo: Pa-*

*ter Patrie profectus est. Secum
salus sublata est. Secundo: Ve-
nit uictor ualidus. Uicit uires ur-
bis uestre. Tertio: Ferro. Fame.*

Res romana ruit ferro flammaque fameque.

Roma ruit. que quanta fuit docet ipsa ruina. Et:

Si lapis est unus. dic qua fuit arte leuatus.

Si lapides multi. dic ubi contigui.

Haec an *Friderici II.* aut *Ludo-
vici Bavari* tempora, an fugam
Innocentii IV. an turbas a *Boni-
facio VIII.* aut a *Nicolao Rientio*
excitatas respiciant, difficulter
quis statuerit. Simile quid de li-
teris *Romae* super templi portam
in quatuor circulis descriptis,
quas *Beda* transiens interpretatus
dicitur, inter alia fabulosa habes
in *Catonis moralissimi P. I. metri-
cali* ad v. *Quae nocitura tenes &c.*
Edit. *Augustanae* 1475. f. Litera
T literae majori O miniatae in-
clusa in ora inferiore p. i. fortas-
sis denotat, Codicem olim ad
Coenobium *Ottoburanum* perti-
nuisse.

CVII. VI. 2. 16.

226 Codex chartaceus lat. Sec.
XV. Folior. 322. f. a *M. Nico-
lao de Dinkelspuchel*, qui obiit a.
1433. legatus ad librariam *Colle-
gij ducal.* continet sequentia: I.
Zachariae Chrysofolitani Ord.
Praemonstrat. Sec. XII. Scriptoris
*Expositionem in Harmoniam
Evangelicam*, de qua ad *Cod.*
praeced. jam dictum est. Itaque
οικονομια tantum Exemplaris hu-
jus breviter indicabo. Initium fa-
Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.

*Frigore. Flamma. Regale roma-
num ruit regnum.* Subscripti sunt
et hi versus:

*Explicit materia capitulorum huius li-
bri Vnius ex quatuor (Μονοτεσσα-
γων) Deo gratias.* Abest hic Elen-
chus ab edit. *Colon.* 1535. f. Se-
quitur Praefatio prima, quae in-
cipit: *De excellentia euangelij et
differentia ipsius ad legem &c.* Se-
cunda, quae incipit: *Matheus
cognomento leui, cuius uocacio &c.*
Elenchus Capp. omnium IV. Li-
brorum. Praefatio tertia bre-
uior: *Notum facimus lectori &c.*
Tandem Opus ipsum a *Lucae Pro-
logo* inchoat, et in haec verba
definit: *post paucum tempus ascen-
sionis.* Subjicitur: *Explicit unum
ex quatuor seu concordia ewange-
listarum et desuper expositio conti-
nua exactissima diligentia edita a
Zacharia criloposita.* Adhaerent
*interpretationes nominum in ewan-
gelio*, aliquantum ab iis diver-
sae, quae supra dictam Editio-
nem *Colon.* antecedunt.

II. fol. 273. Scriptum Ano-
nymum in causa *Jobannis Parvi
Doct. Parisini* ventilata in *Conc.
Constantiensis* Congregatione 5.
Maji 1416. quo contenditur,
famosas illius IX. *Propositiones de*

T Ty-